

non calligavit corripens ut corripere; sed solummodo ut correptione emendaret. Corripuit alie, sed correxit. Amara videtur correptio, quippe ut late diximus *Tautolog.* 5. à *num.* 23. omnis disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudij, sed meroris: at postea fructum pacatissimum reddit exercitatis. Calligatio obijcit uti acerba: atamen meditato inferentis intuitu, probante affectu, abundat dulcedine, quæ exuberabat acore. Sic in signum supplicij à manu clementi ostenditur Ierem. 1. virga vigilans, quasi oculis plena, quam Theodoretus vocat *Amygdalinam*. Virga, ut percutiat delinquentes. Vigilans, ut discernat & decernat quid iuxta debita inferendum pœnæ. Amygdalina, quia non calligat, ut vulneret; sed ut supplicij emendet. Amygdala durissimum ac amarum habet corticem, sed nucleus pallato miram ministrat dulcedinem: idèdque exitus correptionis confertur Amygdalæ, dolorem sentiente carne; quoniam quod primo aspectu videtur amarum, parit dulcissimum fructum. Correptio à Deo fit correptione, purgatione, & probatione. *Correptione*, siquidem homo laboraret in deteriora, ni interesset percutionis virga, & timore afflictionis fugeret à facie criminis. *Purgatione*, ut dicit textus: *Sed morti non tradidit me*: igitur per pœnam deletur pœna, & simul diluitur acerbitas prava iniquitatis amaritudine dulcissima penitendinis. *Probatione* in iustis, ut coronentur: equidem quos Dominus diligit, corrigit. Idèd à Propheta Evangelico signanter ostenditur materia, ex qua compacta corona. *Coronans coronabo te tribulatione*. Sponsaque dicitur Cant. 4. 8. *Veni coronaberis de cubilibus leonum, de montibus pardorum*. Hanc sententiam surripuisse videtur Euripides ubi dudum dicens:

Ier. 1. 11.

Cur pro figno supplicij virga oculata, & amygdalina?

Adversitas à Deo correptione, purgatione, & probatione.

Eurip.

34 Et si sic in sensu intento à Davide, aliter conatur Isaias pronuncians Sobnæ coronam ex tribulatione. Improbis erat falsosulque hic templi præpositus, seu thesaurarius, Gloriosè incedebat, quin exitum arrogantis nec introspiceret, nec prospiceret, nec criminum respisceret.

Obat spolio, gaudetque potitus.  
Nescia mens hominum sati, sortisque futurae;  
Et servare modum rebus sublata secundis.

Virgil.

Iai. 22. 18.

Arrogantia Dei irritat in vindicta.

Ut canit Virgilius 10. *Aneid.* vers. 500. Nec punctus ab Isaiâ illic verbis: *Quis tu bic?* Aut quasi quis bic? ab arrogantia destitit. Qui se putat esse aliquid, cum nihil sit; ipse se deducit. Unde inquit Vates: *Dominus coronans coronabit te tribulatione*. Coronam fastose auspicaris: Rectè quidem, sed aliter. Erit corona in ludibrium (Nos dicimus: *Coroza*) uti cucullis infamis, sicut factum cum Herode Agrippa ab Ægyptijs, ut refert Philo de *Suecia histor.* lib. 17. & Pinedam 4. part. *Monarch.* lib. 29. cap. 10. §. 3. Non aliter Sobna coronandus; id est, vallandus tribulatione ad modum coronæ, quin sit exitus in fugam, ut dicitur 1. Reg. 23. 26. *David desperaverat se posse evadere: itaque Saul & viri eius in modum corona cingebant David* (Vulgò, *Cordon*) copijs erat inclusus, undique cinctus; quin huc vel illuc micaret exitus. Sicut caput involvitur fasciâ, ita cingèris tribulatione sine effugio, quoniam fugiens fugies in arctiora pericula, quousque cadas.

Homo turbini simili.

Tibull.

Homer.

Virgil.

35 Alia metaphorâ exterminium demonstrat. *Quasi pilam Dominus te mittet in terram latam & spatiosam: ibi morieris*. Quasi pilam in loco vacuo, quæ mittitur & remittitur agitata impellentium & repellentium impulsu. Pilam arbitror, maximè sumptâ coronâ pro gyro, instrumentum puerile ad ludum, quod turbo, turben, vel trochus dicitur (Hispan. *Peon*) qui agitur scuticâ, seu mastige, ut circùm crectus agatur rotatione continua. Tibull. lib. 1. *Ecolg.* 5. v. 3.

Namque ago ut per plana citus sola verberare turbo,  
Quem celer assueta versat ab arte puer.

Aptius diceret, *Agor*. Homer. 14. *Iliad.* v. 125. *Trochum autem sicut concussit feriens, rotatusque est undique.*

Ceu quondam torto volitat sub verberare turbo,  
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum  
Intenti ludo exercent.

Quem tollit fortuna, premet.

Virgilius accinit 7. *Aneid.* vers. 378. Ita Sobna elatus agetur, & agitabitur. Ita rota adinstar non cessante circulatione volvetur; sequidem in circuitu impij ambulat, ac in supplicium Dominus ponit ut rotam. Ita punget lapsus in viro fastoso, non quia ruina, sed quod è rotæ fastigio. *Ibi morieris, ibi erit currus gloriae tuae*. Fractis rotis, & ignominia domus. Quæ tollit fortuna, premet, Rotaberis; futurum malum principium præ-

scia

fentis tribulationis. Circumvallaberis pœnis in pœnarum circulis, sicut scutica amplectitur turbinem, ut subsulcum ambules in successivam & gravem tribulationem. Mittèris longè, sicut pila.

Libeat nec dicere quicquam  
Magnificum posthæc: horrida verba doma.

Tibull.

Patet castigatio plauvis & voce coronacionis, etiamque gloriosa coronatio ex tribulationum spinis, decreto iustitiæ atque divinæ clementiæ: at de hoc ad mores.

36 Versiones sparsæ in litera colligendæ. *Odisti me, & non diligis*. Maluend. *Tantummodo odisti me, & non amasti me*. Caietan. *Profecto odisti me, & non diligis*. Alabaler. *Manifestè odisti me, & non amas me*. Petr. *Comest. Odisti me, & ideo non exponis mihi*. Sic ferè reliqui videndi apud Hays in *Bibl. Maxim.* Modò dirigamus amorem in amore, qui nos diligit: etenim ni prius dilexisset, non diligeremus, & debemus diligere totâ animâ, id est, toto corde, tota mente, totaque virtute.

Varietas le. dion.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. *Odisti me, & non diligis*. Quis esse odium in munere dilectionis? Non novum, ubi queritur in amico questus & non amicus: equidem cum fortunam enim sequatur fides, & non amoris amorem; simulatque expanditur infelicitatis velum, sub velamine amoris apparet odium.
- 2. *Odisti me, & non diligis*. Quod videtur ut odium, quod esse amoris obsequium, & e contra; dum latet sub lege privata cordis vindicta: etenim non iustitia ingenium malignitatis, ubi lex iugulatur sub larva legis.
- 3. *Odisti me, & non diligis*. Iustitia diligitur, atque simul odio habetur. Quod patienti videtur horror, est amor, si modus curationis adhibetur: sed amoris obsequium in pravum vertitur odium, ubi exacerbatur vulnus: quoniam rece-

dit à medicina modus.  
4. *Odisti me, & non diligis*. Certamen odij & amoris, inscio pectore, in commota à tyranno in fidem persecutione: igitur dum Martyres torquet, per odium diligit; quippe dum patitur caro, obsequitur persequendo.  
5. *Odisti me, & non diligis*. Quia dilectus non contulit gratiam, sese altimavit odiosam. Iurè Gertrudem invocamus Dei singulariter dilectam: igitur ex illius gratiarum patrocinio, constat cunctis Sponsa quam grata Deo.  
6. *Odisti me, & non diligis*: per odium cordis notatur aversio, per dilectionem charitatis magnitudo. Quod altruit natura, negat aliquando gratia: etenim arte miracula, apparente demonstratione aversionis, crescit flamma charitatis.

DIDASCALIA PRIMÂ.

In hominis amicitia, nulla fides sine spe.

Amicitia in fortune rota

Ovid.

Pl. 141. 5.

**F**ides fortunâ labat, quæ simul stat in rota, modò volvatur fortuna: igitur sequitur fumus ignem, umbra Solem. *Ubiq; comes radios per Solis euntibus umbra est*. Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit: *Mobile sic sequitur fortuna lumina vulgus: Que simul inducâ nube teguntur, abijt*. Lamentatur Nafô 1. *Trist.* Eleg. 8. v. 11. *Perijt fuga à me* (alibi fufius) *& non est qui requirat animam meam*: dicit David. Alij *umbra*. Constat amicorum fallacia, & fides ficta: igitur quoniam fortuna corrumpit, fides evanuit.

Ludit obsequium, & amicus luditur, si non illuditur; quippe nonnunquam qui factus ita persequitur; ut amor convertatur in odia, quia fugit umbra. Hinc cum umbra fuga necitur, ut fidei casus ex fortuna dignoscatur: igitur cum questus amicorum animicus quæreret; umbra deficiente, nec habebat, quò fugeret. Anima queritur, si dilectus diligitur: umbra tantum, dum per amoris speciem, questus amicitie protectionem. Pressoque nubibus Sole, claruit perspicue quicquid latebat in pectore; quandoquidem fulgentis minime quærebant animam, sed dantaxat Solis calorem aut umbram. Vulgò nervose: *Se mat aban por si, y no se morian por el*.

Idem.

Amicitia se. pui questus

His

2 His accidit, quod Samsoni perfida meretricis dixit, in quibus nequaquam amor, sed dolus; quippe verus amor questus. *Odisti me & non diligis.* Amoris velamen est, longè cor: siquidem modò, quæ cupit, vel infidiosè acquirit; quid quòd amicus pereat vel in hostium manus cadat? Dum iunguntur odium & non dilectio; patet posse convenire dilectionem & odium. Profectò in pectore perfido, quod sese quarit, ubi amicum inquirat: odiumque feritur, dam in amore non sollicitatur amor; quippe velamine amoris, sedet cordi latenter odiosa fides. *Perfecto odio oderam,* ait Psalter Regius. Est odium perfectum & imperfectum, sed semper odium. Qui inhiat in amicitia questui, odium habet; sed imperfectè nutrit: paulatim pro spe & opportunitate coalescit; quippe fidem tenet cor, quandiu fidem tenuerit spes, quum ex his quæ sperat propositum ambitionis, sperandum in amicis: aliàs nec perflitet fides, si spei decedant colores. Dialecto nostrâ per Antimetabolen: *No teniendo los amigos que esperar, no se puede esperar en los amigos.* Prodit aversionis furor, quod aluerat fatus amor: odiumque in hisce amicis perfectum & imperfectum notatur; quippequam ubi fortuna evanuerit, perficitur. *Hæc inter se diversa sunt, imò dissimilia* (inquit Seneca *Epist. 35.*) *qui amicus est, amat: qui amat, non utique amicus est. Amicitia semper prodest, amor aliquando nocet.* Ni amor in indignos exuberasset, ingratos haudquaquam in aversionem nutrisset: equidem amantes, hostes, & minime amici sunt, quippe in amore non amicum, sed duntaxat quarunt se: & se in amore quarentes, non sunt amici, sed hostes.

3 Causas & exitum refert idem Stoicus 3. de Ira, cap. 30. *Rerum suspitione feriuntur adeo quidem, ut interdum iniurias vocent medica beneficia, in quibus frequentissima, certè acerbissima iracundiæ materia est.* *Charissimis enim irascimur, quòd minora nobis præstiterint, quàm mento concepimus, quàm quæ alij tulerint; cum utriusque rei remedium paratum sit. Magis alteri indulget? Nostra nos sine comparatione delectent.* Nunquam erit felix, quem torquetur felicitior. Minus habeo, quàm speravi? Sed fortasse plus speravi, quàm debui. *Hæc pars maximè metuenda est: bino perniciosissime ira nascuntur, & sanctissima quæque in iustura. Divum Iulium plures amici confecerunt, quàm inimici, quorum non expleverat spes inexplebiles. Voluit quidem ille: neque enim quisquam libe-*

ralius victoria usus est, ex qua nihil sibi vindicavit, nisi dispensandi potestatem. Sed quemadmodum sufficere tam improbis desiderij possit; cum tantum omnes concupiscerent, quantum poterat unus? Videt itaque strictis circa sellam suam gladijs committentes suos, Cimbrum Tullium acerrimum paulò ante suarum partium defensorem, alioque post Pompeium demum Pompeianos. Perfece runt odium, quod iuxta gratiam erat conceptum: amabant, & oderant. Amabant, & non erant amici; quippequam in amore, tantum studebant questui: & quibus ad placitum amicitia non cessit, amor larvatus habitus impendio nocuit.

4 Hæc sanè merces trahuntur & pertrahuntur à cordibus, ut accidit promercalibus: equidem merces sollicitant, ut iterum vendant. Nescio quibus v. z. emptis, venditis, vel mancipijs; cum amor rideat, quis quem fallat. Profectò vel emunt tricas, vel vendunt tramas: igitur deauratis emboljs amicitia pretium, pretiosum tantum amicitia commodum. Si fortuna volubilis, amicitia stabilis: unde nullatenus mutaretur animus, ni fortunæ amicitia esset amicitia scopus. Taxat vel Ethnicus in *Amphitruone*. Act. 3. scen. 2. vers. 57.

*Multi in hominũ atate eveniant huiusmodi: Capiunt voluptates, rursum miseria. Ira interveniunt, redeunt in gratiam.* Audiendus Plutarchus de Marc. Crasso, in eius *Vit.* huius furfuris veteratore summo. *Ita* (inquit) *eorundem hominum patronum & accusatorem, & legum earundem susasorem & disuasorem, brevi temporis interiecto spatio fuisse, compertum est. Sæpe mentem, sententiamque mutavit, cum nulli in amicitia satis firmum, nec rursus asperum inimicum se præstaret; sed facili admodum ac levi momento, ut magis in rem suam conferre arbitratur, amorem simul & odium permutabat.* Fidem in fortuna & cum fortuna collocabat: sic amabat & sic oderat. Non vehebat ratio, vel necessitudo, sed duntaxat negotiatio: quandoquidem odij, aut amoris permanentia, præter persistebat, seu avolabat fortuna.

5 Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Sufficeret, quòd amicus ad tempus, ut minime cogitaretur amicus: diciturque secundum tempus suum; quoniam ad amicitiam duntaxat respicit se. Floride Seneca *Epist. 9.* *Qui se spectat & propter hoc ad amicitiam venit, malè cogitat: quemadmodum caput, sic desinet.* Paravit amicum adversus vincula,

Senec. *Non amicitia queritur, & ideo non invenitur.*

Verf. 13. Plutarch. *Cur solstitia amicitia vere imbricata?*

Plaut. *Amicitia pretij commoda.*

Ecclesi. 6. 3.

Senec. *Non amicitia queritur, & ideo non invenitur.*

Verf. 13. Plutarch. *Cur solstitia amicitia vere imbricata?*

Plaut. *Amicitia pretij commoda.*

Ecclesi. 6. 3.

Matth. 8. 1.

Senec. *Non amicitia queritur, & ideo non invenitur.*

Verf. 13. Plutarch. *Cur solstitia amicitia vere imbricata?*

Plaut. *Amicitia pretij commoda.*

Ecclesi. 6. 3.

Matth. 8. 1.

cularum opem? Cum primùm creperit catena, discedet. Hæc sunt amicitia, quas temporarias populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est, tamdiu placebit, quandiu utilis fuerit. Facilius amicitia desinit, quàm incipit: equidem alius in amicitiam scopus; ubi non amicitia quærebatur, sed tempus. *Tempus suum.* Florebat fides, quandiu florebat spes: & cum se quæreret vinculo necessitatis, procul officio necessitudinis; fides continuò avolabat, quippe se non inveniebat. *Tempus suum.* Non tribulationis, sed felicitatis. Ibi erit fides: siquidem cum modus & tempus necessaria, ut questum negotietur amicitia; si abest tantisper à fortuna modus, amicitia non est tempus. Hinc addit: *Ab amicis tuis attende.* Vacabl. *Cave:* etenim cum sint diversi amicorum intuitus; cavendum utique, ne amici tantum ad tempus. *Antigonus* (ait Plutarchus in *Apophthem.*) *quotidid rogabat Deum, ut se ab amicis protegeret.* Non periculum in inimico cognito, sed maximum in amico; cuius nescitur scopus, an sit, vel non sit secundum tempus: equidem cum opportuno, pro amico clarebit odium; quoniam in tempore amicitia quærit horam, & nequaquam amicitiam.

6 *Mos fuit antiquioribus* (inquit Petr. Comestor in *Hisor. Evangel. cap. 6.*) *in utroque Solstitio vigiliis noctis custodire ob Solis venerationem.* Solstitia Solis sunt, quo incipit ascendere, & quo incipit descendere. In hacce temporis custodia, vera designatur amicitia: non utilitas, sed amor quipsum probat; equidem sequitur Solem, vel ascendat, vel descendat. Sol benefacit, & dignatus coniungit, viceque gratuito studiosa respondit: equidem cum ducatur splendore amicitia, non splendore; sequitur quem amavit in omni tempore. Tempus Soli nubilum, serenum, procellosam & clarum. Tempus etiã ascensus & descensus, depresso aut elato lumine, usquequaque pro opportuno tempore: Solque & non tempus ab amore consultò colitur; ut clareat sequentiū amor: quandoquidem secundum tempus amicitia ineffet lumen; si solum Solem observarent ascendentem. Observarunt Evangelistæ (Marc. 1. 40. Luc. 5. 12.) à Christo salutem datam leproso: tempus observatum à Matthæ o. *Cum descendisset de monte, ecce leprosus veniens adorabat eum.* Est in Christo gratia studium, vidente in leproso miraculum: equidem in homine magnum, quòd benefactorem adoraret, cum descendere. Opponitur huiusmodi cultus, sibi in amicitia consententibus: equidem cum sua quarant, sem-

per dignandi ascendentem adorant.

7 Insuper: Sol Christus erat, quem dicebat in homines amor, qui descendens eò proximior. Non mirum, quòd necessitate ductus, in monte clarum quævisset leprosus: descendenteque expectat, ut fidem pectoris proferat; igitur nullatenus quærebat, ut cum elevato ascenderet, sed tantum ut adoraret. Eximior adhuc fides. Non adoravit, cum descenderet. Amici descendens fugat amicos; quia nulla fides nisi in ascendentes. Fides probatur in periculis amoris: amor elucet periculis: in descensu fides labat, adoratio post descensum amici fidem illustrat: in Christumque leprosus verum amorem ostendit; quia minime adoravit, cum descenderet, sed cum descendisset. Denique. *Cum descendisset de monte, ecce leprosus veniens adorabat eum.* Ecce *Particula admirationis est: novum aliquod signat: ait Novarin. in 7. Luc. num. 379.* Nil mirum, si tenderet adoratio, quò amicus collocatus sublimiore loco. Magna utique fides, si casu amicus descendens. Mirum est, quòd fides clara, ubi nulla: exponiturque adoratio leprosi ut signum admirationis; quippe fidèi singularis, expectare quòd descenderet, ut amicum adoraret. En verè amicitia scopus: est ne iactus, aut lapsus? Ecce & adorans amicus. Pende verè ba. *Ecce veniens adorabat.* Antequàm à descendente vocaretur, ecce veniebat. *Adorabat eum.* Leprosus erat. Salutem num? Non, sed adorabat eum. Christus vel descendens Sol. Adest leprosus: ex Sole salus; verum in adorante prælatæ amicitia scopus: in eum tendebat & intendebat pectus; quandoquidem non ex Sole salutem; sed illo culta tantum adorabat Solem. *Si vis* (subdit) *potes me mandare.* Rutilat præstantia in fide, qui nec in malis recedit ab amici voluntate: nec voluntate recedit, quantvis liberare nolit. *Volo:* respondit. Sanè dignus beneficio, & quòd haberet salutem; qui amicum adoravit descendentem. *Volo:* demonstrationi amoris, salutis debet respondere demonstratio. Plerique detrahunt gratiæ, si fides cognita amici. Longè sanè à Salvatore: non solum in amicos intendit; sed & occurrit.

8 Contemplamur amici grati solidam fidem, & firmiorem à Christo compensationem. Illuminavit oculos cæci nati: hic audacter defendit miraculum, quòd inficias irent validissimi inimici; quoniam pignus grati cordis, defendere veritatem utque ad effusionem sanguinis. Maltitia stabat, ille in malitiam persistebat. Veritas odium pe-

Unde confes amicitia fides, & quam do?

Novarin.

Amicitia nota, amicum quætere sine virtuna.

Perfectio lapis Lydium amicitia.

Nonna pe.

Nonna pe.

Quia pro perit : unde ab illis convitijs fatiatus, furore protritus, extra cœtum est explosus, & à Synagoga expulsus. *Audivit Iesus, quia eiecerunt eum foras (Quia pro quòd, qua de causa, vel quare) & non casu obviavit, sed meditato quare: Et cum invenisset eum, dixit ei.* Strenuè sese gessit cœcus pro veritate, & amico benefactore. Respondere debebat defensi studium, ut tantum illo absente remuneraret obsequium: igitur pro auctoritate etiam inter homines (vernaculè, *Por su punto*) pro specimine singularis gratitudinis: erat amicitie insignè, amicum illo in articulo quærere: & maximè cum videret amicum, & propter se ab inimicis proiectum. Tunc amici gratia valde grata, ubi gravat acerbitatis molestia: gratiusque ut esset obsequium, amicus amicum quærit expulsum; quippe et si pessimi, uniformes adversarij, in propria domo nec sinebant vivere. Oblitit cunctis hostibus dignatus, uti fidelis amicus, ductus tantum miraculis & operibus, quo veram amicitiam confirmavit: equidem validè amicum defendit, quem nec vidisset.

9 Ulteriùs. Ita protulit muneratus fidem. Quid si cognosceret faciem? Christus non quæsitudo, quousque illuminatus defenderet causam; ut pestè quasi ex iure reciperet in custodiam. Antequàm expelleretur, non indigebat auxilio: amicus in conflictu debet esse protectio: Christusque amicus tunc declaratur, dum ille expellitur; ut amicitie respondeat, atque tribulatus quiescat: equidem dedecus altè inesset amicitie, propter se expulsum cognoscere, & unà expulsum deserere. *Illi pellunt: excipit Dominus, magis enim quia expulsus est:* ait August. hic *Tract.* 44. equidem si suscipere amicum erat gratia, propter se expulsum, ac deplolum, erat iustitia; quoniam ni esset & amicitus amicus, è consortio inimicorum nequaquam esset eiectus. Amici fugiunt ubi probantur. *At simul intonuit, fugiunt: nec noscitur ulli,*

Augustin. *Agminibus comitum qui modò cinctus erat.* Ut flet Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 4. vers. 29. Contrarium appetit fides; etenim probatio dilectionis exhibitio est operis: & quantus amicum reciperet Dominus, magis quia expulsus; igitur decor ac decus fidei spectata, quòd statim præsentia responderet amicitie. Hinc obvio amico pro amicitie exemplo, dicit Iesus: *Et vidisti eum* (id est, vides per enallagen) & *qui loquitur tecum, ipse est.* Non ipse, qui iavit, esset; modò

amicum præsentem in persecutione non vidisset: & favens se esse fauto meditanter ait; quia in persecutione amici amicus debet respicere se. *Ipse est,* qui modò adest: & se ipsum dicit; ut amicitia vera ex persecutione coniter: quandoquidem in tribulatione amicus, quem ducit quæstus; vel non amicus, vel non ipse, quoniam alius.

10 Præterea. Christus & illuminatus contendunt in amicitia, cui cedat palma. Christus expulsus inquit, inventum fovet. Cæcus qui fuerat, ipsum vidit, filium Dei credit, & prociens adoravit. Se videt propter amicum, explosum, sed ab amico receptum: & fatetur è cœlo descendentem Dei Filium; quoniam auxiliari homini, est amico, dum est in tribulatione constitutus, solummodo quibat homo de cœlo delapsus. *Adoravit eum.* Iurè. Non amplexitur, sed adorat. Demonstratio amoris exigebat. Non nisi adoratione quibat respondere, quod debebat adstantis amicitie. Erat propter amicum abiectus, sed non cognoscebat illum propter quem expulsus. Christus cognovit, actutum affuit, destitutum recepit: & amicus amicum adoravit; ut illo spectabili obsequio, peccatoris rutilare gratitudo: siquidem persecuto in confugium præbens peccus, hic amicus adorandus. Longè quidem à mundo amabilis huiuscemodi contentio: equidem uti de *Remed. fortuna*, ait Stoicus: *Mel muscæ sequuntur, cadavera lupi, fragmenta formice: prædam sequitur ista turba, non hominem.* In fortunatum volant, ab infelice avolant. Fugiant cadentem, vident infelicem: totumque studium, ut amor accedentem explodat; vel adurat, ut recedat. *Cum Satyrus* (inquit Plutarch. de *Emolum. inimic.*) *ignem, ut primum apparuit, osculari & complecti vellet; Prometheus, Hæus birce, inquit, lugebis tuam barbam: quemcumque tangit, urit.* Non aliter accidit afflictis, amicis falsis. Rimatur tribulatus quòd fugiat; amicum splendenter spectat: accedit, osculari nititur, cæterum ignem amplectitur; ita ut percussus resiliat, & damno sapiat, non omne nitidum esse aurum, & sub splendore latere venenum; quandoquidem allectus incautè tendens in lucem, in respicientiam invenit acrem ultionem. Pendet fides à fortuna, quippe amica tantum commoda: unde frequens felicem obsequijs prosequi, verum persecutum prosequi.

11 Christus Dominus, multam quæ comprehentum veniebat, turbam prostravit. Clementer & amicè vel inimicos erexit, an modèstia scelerè, seu potius curvos er-

erigere posset. Cuncta casta, dum frons perfectita. In vanum laboravit, qui tot sustinuit: equidem in amantem improbi, inolentes, ingrati, nequaquam intenderunt per quem erecti. Vide dicta *Tautolog.* 3. D. 3. Claret non aliter mundi amicitia: adhuc in discipulis videnda forma. Inimici Domini audaces virtute vocis, abierunt retrorùm & ceciderunt in terram. Ita Ioannes: Lucas verò inquit: *Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat (equidem quid nisi scelus, dum erectus inimicus) dixerunt ei: Domine, si percussimus in gladio? Facultate Petrus tunc petita & non obtenta, percussit servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam eius.* Si utramque secaret, pœna audaciæ congruisset: igitur turba canum aptum supplicium amputatio duntaxat auricularum. Erectus minister in Dominum irruit, & Petros auriculæ sectæ notâ, eius audaciæ compefcuit. Quò maior improborum libertas, maior improbitas: Petrusque gladio in auriculam digladiantem infestatur, ne iterum erigeretur. Ergo illi diabolares fatane ministri, ceciderunt, ac in terram abierunt retrorsum: tunc discipuli dicentibus: *Si percussimus? renuit cœlestis magister, estò offensus; ut quiesceret à vindicta hostilis animus: igitur fatis generositate cordis; quòd hostes sint, & ita iacentes. Quæ maior vindicta, dum enervata impudentia? Quid quòd afflicti affligant? Sat, quòd iacent. Increpat Dominus morem sæculi, quòd sine miseratione, oppressos opprimens, ac persecutos persequens: gladiumque discipulis admittit, dum grassatores subvertit; quippe frequens evaginare gladium in ictum, si fortè viderint aliquem aliquomodo deiectum. Hispanicè: *Al caido darle.* Intendit Dominus quòd discipuli se respicerent, cum inimicos lapsos, atque iacentes viderent. Percutimus? Nunc occasio: nullo modò. *Strite usque huc:* nullatenus, quavis inimici sint, iacent & propter iniquitates: removendique sunt enses; quippequàm non decus hominis videre hominem iacentem, & gladium educere in percussione. Alibi alia.*

12 Intantum discipulorum videtur sæculi amicitie symbolum: equidem in abiectos & proiectos, amici non auxilia præveniunt, sed tantum gladios. *Si percussimus? Occurrunt duntaxat vulnera: et cœtionis nec memoria: equidem cum vilis propudiosusque quæstus amicitie sit intuitus; amici expulso deiectos non tantum deserunt, sed & percutiunt.* Bilans nitet inter homines necessitudo amicitie; & est vera, si æquâ

lance tam levitate fortunæ, quam tribulationis pondere: verum cum cordium nexus (si nexus cordium) sit tantum emolumentum; vagatur amicitia uti bilans, sed dolosa: equidem una nequaquam attollitur, nisi altera deprimatur. *Mendaces filij hominum in frateris, ut decipiant.* Non reputatur amicitia, ubi fortuna inter amicos æqua, quippe inquiritur fortuna: idèd in pondere bilancis pondus tantum deceptionis prætextu necessitudinis; corde gaudente de amici ruina, ubi auxilia debebant esse prompta: quandoquidem in bilance fieri non potest, quòd una surgat, quin altera cadat. Amicus expulsus seu abiectus in fratera fallaci grave pondus: hinc magis projicitur, ut magis deprimatur, & pessundans elevetur; quin consideretur ignominia ex inclinata fratera: equidem elevari pondere perfectionis in amicitia, vel ficta, claret signum levitatis. Mutuò Ioab & Absalom cordi erant in amicitia: comprobantur obsequia: verum pendente Absalome ex quercu, tulit ergo tres lanceas, & infixit eas in corde Absalom. Quorsum ly Ergo? Ut in eius amicitia pareret fictio: igitur trinum præparavit iaculum, amicum simulatque vidit suspensum. Non satiatur aliquoties persecutor, quousque amicus suspendatur. Ultra Ioab irritatus processit: amicum è stipite non deposuit: non deseruit, verum desertum percussit: & ut claretur quàm fallax fratera dolosa, etiam interveniente necessitudine; qui pridem multiplicibus obsequijs gloriabatur amicitia, in cor iccit suspensi trina acutissima iacula. *Amicitia è similitudine fortuna:* dicit Tacitus, 12. *Annal.* cap. 19. Ad huius effigiem efformatur fides in vasto peccatore hominis: desicquitque in amicitia, quoniam sine fortunæ imagine non est forma. Non cessat, quousque percutiat, & interimat, delens amicitie imaginem,

Calcanis violentè iacentem. Ovid.

DIDASCALIA II.

Summa iustitie corruptio, vindicta in iustitia throno.

1 Sultum est peccantem corripere peccatorem; quippe in legem plectens audacem, correctionis frangit legem: nec ad correctionem plectitur scelus, ubi præ correptione iudex apparet furiosus. *Eripit interdum, modò dat medicina salutem.* Equidem si poena in salutem peccati reme-

Nann 2 dilato,

Ingratas non respicit, per quos erectus. Ioan. 18. 3. Luc. 22. 49. Vers. 38. In tribulatione fovere amicum adorandus.

Senec. Symbols amicitie quæstus. Plutarch. Amici falsi.

Deiectus non persequendus. Vers. 51. In quo desinat amicitia fuerat?

Cur amicitia similis bilanti? 2. Reg. 18. 14. Amicus amici opprimis.

Calcanis violentè iacentem. Ovid.

DIDASCALIA II.

Summa iustitie corruptio, vindicta in iustitia throno.

1 Sultum est peccantem corripere peccatorem; quippe in legem plectens audacem, correctionis frangit legem: nec ad correctionem plectitur scelus, ubi præ correptione iudex apparet furiosus. *Eripit interdum, modò dat medicina salutem.* Equidem si poena in salutem peccati reme-

Nann 2 dilato,

Judic. 14. 16.

Diligatur homo & cor ripariatur

Guerric.

Pf. 138.22.

Prasf. Aquit.

Euripid.

Plutarch.

Unde perfectio in odio

Pfal. 14. 19.

Quid in iudice vultus cordis & vultus legi?

odium; non medicina, dum homo plectitur & non peccatum. Odisti me & non diligis: dicit perdisa Samsoni. Potestne esse amoris studium & simul odium? Utique: verum qua lege? Prudentia praeidis iudicis arte, dum servatur amor, & expellitur error: etenim quavis amor & odium sonent contraria, uniuersum eximie prudentia; quippequam ipsa pena diligitur homo, & corripitur transgressio. Perfecta dilectione, an perfecta odio? Ita inquit Guerricus serm. 2. in Pentecost. n. 3. Imo utrumque dicam, quia perfectum odium nihil est, quam perfecta dilectio. Exemplum est in Davide: multis claudicantibus in lege, inquit: Perfecto odio oderam illos. Quomodo odisse & perfecte, dum iubetur & inimicos diligere? Quia perfecte. Odium amor est, dum diligitur errantium natura, & non errata dum fulminatur gladius iustitiae in improbitatem, verum non in peccatorem.

Recta volens animus sapiens, & amator honesti.

Quosdam odio dignos iudicat esse suo. Nec tamen hos toto depellit federe, gnarus Naturam errantem diuideri a vitijs. Sic generi indulgens proprio, ut peccata recidi

Opet & damnet crimina, non homines. Ait Prosper Aquitanus Epigram. 65. Prius enim Ethnicus in Supplicib. v. 878. & in Pbeniss. v. 1716.

Non aspicit iustitia malos. Oderat Delinquentes ipsos, non rempublicam.

Plutarch. de Emolument. inimicor. subdit: Quasi non hominem oderit, sed improbet factum. Diximus alia in Liter. a num. 17. Hoc est odium perfectum, quasi dilectionis summæ officium: dicitque Psalter Regius etiam odij perfectionem; quia homines diligens, hominum oderat iniquitatem.

2 Huiusmodi odij perfectio opponitur odio iniquo. Odio iniquo oderunt me inimici, dicit idem. Est odium iniquum, & odium perfectum; unde plausibile vel odibile odium. Odium dissonat rationi, quippe homo est animal sociabile societate ortâ ex amore, amore ex similitudine. Est similibus natura, morum saepe interuenit dissonantia; ut auertetur rectitudo rationis illicium similitudinis. Amat iudex, dum perfecte odit, equidem reum accipit vultu cordis, & aspicit vultu legis. Hoc est odisse perfecte. Odit inique, quando odit sine amore; quippe odit ut oderit, quem diligere debet: exponiturque simul odium iniquum & perfectum, dum Praefes in tribunal ascendit ad iudicandum; quippe inique agit, dum amat ini-

quitatem, & odit hominem: & prudenter sese gerit, dum amat hominem, & odit iniquitatem. Odium iniquum, uti vidimus in Lit. num. 14. est odium sine causa, vel formatum causa in odium; quia vallatus iudex larva legis, plectit contra legem, quas fingit iniquitates: claretque eius iniquitas summa, ubi causa odij concepti efformatur sine causa. Est odium perfectum, dum iudicat ratio, atque rationem non proculcat affectio. Est odium iniquum, dum in malum tendit malæ voluntatis affectio, etsi nullam in correpto noxam cognoverit ratio: iniqueque odit, cum diligere debet; quoniam propter tetram affectionem & malignam, tantum intendit in causam fingere causam. Fervet ira magis pectoris, quia sine causa vindictæ tolluntur faces, agente præcipiti odio, quod iubet ratio decerni iudicio; at cum iudicium odij non sit iudicium, sed decollatio iustitiæ prætextu legitimum; dum iniquus videtur prudens, prudentibus claret temerarius & amens: igitur querit odio iniquo ansam in punitionem, nullam cognoscens interesse iniquitatem. Causa superpetat. Semper iudicium iniquum, quo interuenit odium, equidem intercipitur iudicium, dum intenditur vindicta, nulla causa, id est, multis actis, sed acta nulla. Lex quaesita & non inventa patet, pro fit obstitit; quicquid pugnet in contrarium rationis innata libertas, ut irrita sint, quæ decrevit iniquitas. Exequenda decreta odij, cuius leges carent iure, suffocata innocentia, quippe causa sine causa: patente iudicio odio ex ipso pravo iudicio; igitur in obiectis pro actis litis, inveniuntur tantum acta malignantis voluntatis.

3 Hæcne conditio sordidi vulgaris animi, posse exercere ostendit aduersus eos, per quos accepit posse, inflati iudicaturâ, sumpra ex potestate peruicaciâ; quippe sine potestate nec audent hiscere: modoque non habere arbitrantur dignitatis honorem, ni exercuerint ultra leges potestatem; quasi facta, quia facta, firmarent iura, cum iura interdican facta. Fortunæ abutuntur indulgentia, quibus nulla satis mala potest interuenire fortuna. Audite ex Seneca discrimen odij & rationis iudicantis cum affectione malignissima iudicis. Sibi enim indulget (inquit lib. 1. de Ira cap. 16.) ex libidine iudicat, & audire non vult, & patrocinio non relinquit locum, & ea tenet que inuast, & eripi sibi iudicium suum, etiam si prauum est, non sinit. Ratio utrique parti locum dat, & tempus dat. Deinde aduocationem etiam sibi petit, ut excutenda

Malus iudex fingit causam in causam.

Descriptio ira & ratio nisi iudicantia

spa.

Seneca.

Lucan.

Pfal. 34. 20.

Quid irascitur celi & terra?

S. Benedic.

Greg. Mag.

Malum, ad irascitur iudice hominibus & non moribus.

Idem.

S. Benedic.

spatium veritati habeat: ira festinat. Ratio id iudicare vult, quod æquum est: ira id æquum videri vult, quod indicavit. Ratio nihil præter ipsam, de quo agitur, spectat: ira vanis & extra causam obseruantibus, commouetur. Vultus iam securior, vox clarior, sermo liberior, cultus delicatior, aduocatio ambitiosior, favor popularis exasperat. Sepe infesta patrono, reum damnat. Etiam si ingeritur oculis veritas, amat & tuetur errorem. Coargui non vult, & in male ceptis honestior illi pertinacia videtur, quam penitentia. Ecce theatrum abutentis potestatis, proui in furorem vindictæ. Proh dolor! Peramque furor iudicium ex patientia subditorum. Vide dicta Tautolog. 9. D. 1. à n. 4. Felix Respublica, ut canit Lucanus 4. Pharsal. v. 308. iudicibus;

Si libertatis superstitiam cura placeret, Quam vindicta placet.

4 Persecutori refert verba Davidis. In iracundia terre loquentes, dolos cogitabant. O Indices! O Præsides! Est ira terra, & ira cæli. Ira celi in peccatum, ira terre in peccatorem, vel in innocentem: eisdem qui zelo succensent delictis, persecutionem commouent, sed amantes; in quorum iudicij formam S. Benedictus Regul. Sanct. cap. 64. signans munus Abbatis ut iudicis; Oderit (inquit) vitia, diligit fratres. Ira terra tendit in iustitiæ speciem, nequaquam in veritatem; quippe iustitiæ veritas sub causa dicit, quod ibi lateat iniquitas: videtur enim zelus disciplinæ, verum sub typo superbiæ: equidem ut Homil. 34. in Euangel. inquit Gregor. Magn. Agri sunt, & agros se nesunt: de falsa iustitia qui superbire solent, ceteros quoque despiciunt, nulla infirmantibus miseratione condescendunt: & quos peccatores esse non credunt, eodeterrius peccatores sunt: unde cum terra ira tendat, ubi nulla causa; iraque cæli, & zeli in commissa crimina; ut malignitas constet in furioso iudice, iram eius dicit David iram terræ: equidem sine causa vel cum causa non irascuntur moribus, sed hominibus. Ibidem Gregorius discrimen notat: Qui zelo, iraque, cæli ducuntur, peccatoribus dedignantur, sed non dedignant: desperant, sed non desperantes: persecutionem commouent, sed amantes; quia est foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant. Quid qui iracundiæ tharitur ducuntur? Omnia, etiam innocentiam destruant. Cavet quo supra. Patriarcha: Meminerit calumum quassatum non contereendum. Calumia est subditus respectu virtutis potestatis

Superioris, baculus arundineus fucilis fragilitatis. Aliquando pressus est iuste flectitur, ne frangatur. Venacule vivide: Por no perderse. Furiosus praesens intendit, quod hinc, ut facilius arundinem frangat, lite mota in fraudem, quippe causa non mota de crimine, sed in crimen: non mota in culpam, sed ad innocentem penam: non in peccatum, sed in reum: non quia scelera commisit, sed quia iudex in vindictam opportunitatem præcogitatum inuenit: quare cum terra iracundia sit, pena quam denegat lex patet sententia ex iudicio, non data zelo, sed odio.

5 Dicit Psalter in testimonio præfato. In iracundia terre loquentes, dolos cogitabant. Quid doli cum iracundia terræ? Nota est malignitatis in peruerso iudice; sicut in illis qui Christum interrogabant, non ut audirent veritatem, sed ut è verbis possent efformare accusationem: effectusque elucet iræ, nequaquam merita causæ; causam efformari ex doli, & non ex meritis. Perspicuus delictandum. Causa ficta est, quippe sine actionibus extra ius. Non est causa, verum doli inveniendi: committiturque iræ, quod abest à veritate; quoniam amenter præ ira, non causa efformatur ex actionibus, sed actiones causæ et causa. Dialecto nostra: No se hace processo del delito, sino del proceso: equidem ubi iudices in causa fures non inveniunt mores pravos, ad causam cogitant dolos. Vide Tom. 3. Tautolog. 10. Didasc. 5. à num. 8. Interrogate aliquando in Scriptura pro torquere. Contumelia & tormento interrogemus. Sapient. 2. 19. Idem Psalm. 10. 5. & 138. 23. Unde loc. cit. dicitur: Que ignorabam, interrogabant me. Causam ex iudicis ira inquisitissimam signat, dum accusatus etiam causam ignorat. Expressis Festus in causa Pauli. Ad Augustum (ait) iudicavi mittere: de quo quid certum scribam domino non habeo: propter quod produxi eum ad vos, ut interrogatio fieri habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi vedetur mittere vitium, & causas eius non significare. Palam iniquitas iudicis, atque causa ex vastitate iniquitatis: equidem innocentem vincit habet, cum quid certum ad causam, de qua quaestio, non cognoverit. Nihil ad causam scribere quibat, & interrogat ut habeat; ut qui non habebat ex obiectis criminibus, haberet ex responsonibus. Sine ratione videbatur Paulum catenamatum mittere, & causam eius Neroni non significare: ad vincula inuenerat nullam, & modò interrogat, ut habeat causam: equidem si evacuantur capita

Matc. 14. 61

Et ubi non causa actionibus, sed actioni ex causa.

Pfal. 34. 11. Interrogare pro torquere

AG. 25. 250 26.

Calliditas pravi iudicis.

cri.

Verf. 18. & 27.

crimini, dolit ex alio capite in crimina à iudice cogitantur. Perpende: Causam tantum dicit Pauli, verf. 18. modò qui cognovit nullam, signat adminis duplicem causam. Causas eius. Iam cumulus causarum, cum nec umbra criminum? Sanè, quia causa ex iracundia terræ. Etsi quid certum ad causam scribendam, nec scitum, neque cognitum; verumtamen scribendum: duplex que causa exponitur, quum nulla invenitur; quoniam una prodiit ex fitione causæ, alia ex iudicis maligna interrogatione. Sine ratione illi videtur iudicium, & nihilominus persilit pravum decretum. In malè ceceptis honestior illi videbatur pertinacia, quàm penitentia: igitur ubi iracundia iudicis in hominem & non in crimen; in crimine causam effingit affectio, quantunvis legibus contraxerit ratio.

Ius est voluntas, quia ius decernit iniquitas, malignantium concilio. Improbis hoccine est admirabilis ævo.

Quia nam sententia vobis

Virgil.

Versa retrò? tantumque animis certatis iniquis.

Cur sistim in penam?

Ratio id iudicari vult, quod æquum est: ira id æquum videri vult quod iudicavit: cripi sibi iudicium suum, quantunvis pravum, non finit; quia pravum agnoscit, & festinat ex implacabilitate vindictæ, ne supplicium fiat innocentis revocabile. Unde cum rabidè in penam intendat, & extra legem cognoscat; non habens ex actionibus in cruciama causam, ex incidentibus causam inquirat ad penam. Quid ergo? Non aliquando (inquit Stoicus quò sup. cap. 5.) castigatio necessaria est? Quidni? Sed hæc sincera, cum ratione: non enim nocet, sed medetur specie nocendi. Pende modum, ut rationis exerceatur iudicium: etenim ira laudabilis passio secundum rationem rectam, & pervertit iudicium ultra rationem. Vide D. Thom. 1.2. q. 24. art. 1. ad 3. & quæst. 48. art. 3. ad 1. Non faciam furorem ira mee, dicit Dominus per Oseam. Ira ne furor? Sanè, quando à iudice defenditur error. Ira immititur, ut ab errore separetur homo: iam non ira, si præ ira non recedit ab errato. Ira laudabilis in culpam; furor in penam propter penam. Plausibilis in hominis crimen: furor si tantum in hominem. Necessaria si in homine plectantur scelera, non persona; quoniam tunc non rationis æquitas, sed voluntatis malignitas. Puniendi delinquentes in indignatione iræ, non ex ira indignationis: igitur si ex ira in peccatum vexatio, iustitia splendor; ab ira in peccatorem, profusus iudicis furor. Punit nos Deus, ut se-

Seneca.

Qse. 11. 9.

Euripus est.

paremur à malis, quippe non querit vexationem hominis: minimeque dicit cessaturum in ultione, sed furorem non facturum iræ suæ; quippe etsi mittat penas (ut Iuvenalis culpam) in malos vindex non evaginat gladium, sed solummodò pius vibrat in mala malorum. Improbis iudex, qui huiusmodi intuitu erga delinquentes respicit: equidem si penam facinus poscit, & respicit iudicans hominem & non crimen; non iram iudicis causa ostendit, sed furorem. Bonum & non malum, malum & non bonum, sæpe obijcitur in Scriptura. Quorsum huiusmodi Tautologia? In formam recti iudicij, facta discussione causæ. Pena in crimen transgressorum bonum est, & iuxta legem; & malum, si in transgressorem: siquidem iudicium patet furoris, ipsum iudicium venerandæ legis. Pena malum bonum est, quia malum expellit malum: & sæpe à iudicis indignatione non bonum; quippequàm pravè dirigit in hominem, quod ducere debet tantum in improbitatem.

Gaudet acerbo Plagarum strepitu.

Iuvenal.

Succinit Iuvenalis Satyr. 14. v. 19. Verum erudimini qui iudicatis terras; igitur Deus factam averfatur disciplinam: & quia à legibus defecit, iustitia convertitur in iudicium iudicantis. Videntur senes Danielis.

7 Aspides (inquit Elianus lib. 6. de Animal. cap. 38.) in diadematis pictas Aegyptiorum Reges gerunt, ex eius bestia forma regni firmitatem adumbratè significantes. Notat etiam Eusebius lib. 1. de Preparat. Evang. cap. 7. & Causin. observat. 1. in lib. 1. Hori Appollin. & lib. 9. Symbol. 17. diximus Tautolog. 3. Didasc. 6. num. 13. Diversæ causæ à diversis designantur ex varietate conditionum. Si quisque gaudere potest proprio sensu, placet lectus ex Eliano. Sic enim inquit lib. 10. cap. 31. Commiscentur aspidem se à probis abstinere, contra verò impijs necem asferre. Quod si ita est, iustitiam universi dixeris banc feram honorare, ut que acrimonia intellectus bonum à malo discernat, & tanquam illius ministra ac vindex in malos animadvertat. Foveat iudex pravus in pectore plusquam aspidem, dum affligit innocentem: equidem hunc etiam aspis fervaret, atque iudicem morderet; cum videret, fucata fursum iustitia, venena supra venena. Quis confurget mihi adversus malignantes? dicit David. Lata huiusmodi provincia, quia affectio nes & non iura ascendunt in tribunalia, ut decolletur iustitia: quandoquidem innocentie parcit aspis, & non innocentie

Aspidum figuræ in cornu Regum.

Elianus.

Conditio aspidum.

Psal. 39. 16.

Vin.

Petron.

Verf. 25. Iustitia decreta malignitatis embolia.

D. Thom.

Quando ira per zelum, & per vitium.

Barnch. 4. 6.

vindex. Unde Petronius in Satyr. Epigr. 2. inquit: Ergo iudicium nihil est, nisi publica merces. Quis confurget adversus catervam malignantium? Nemo, quoadusque iustitia convertatur in iudicium. Id est, in condemnationem, iuxta Paulum 1. Cor. 1. 1. 29. Si iustitia damnata, nequaquam erit iustitia; sed iustitiæ species sub larva iuris: dicunturque malignantes, qui destinantur ut iudices; quippe quæ rutilant foris iustitiæ integerrimæ decreta, vigent intorsum malignitatis embolia: quandoquidem corde nudo, scisso versutiæ ornatu, quæ colebantur ut leges, apparent nudæ, speciosissime frades. Iustitia de externis agit, quia occulta secreta cordis. Quo intuitu iudex videt hominem, ac iuxta hominem in crimine legem, cum debeat pledere crimem. Claret in vexatione iustitiæ ratio, sed latet patridi cordis affectio; qua condemnatur etiam iudicium rectum: tuncque iustitia convertitur in iudicium; quoniam que fultit iustitiæ legibus æquitas est, iniquissimi iudicis callidissima malignitas. Est ira per zelum, & est ira per vitium, ut observat Angel. Doctor, 2. 2. quæst. 158. art. 2. Hæc contra ordinem rationis, etsi fulminet ad amussim legis. Si appetat (inquit) eum qui non meruit, vel ultra quàm meruit, vel etiam non secundum legitimum ordinem, vel non propter debitum finem. Crimen est, pena crimini ex iustitia describitur; & in iudicium iudicis iustitia convertitur; quoniam decrevit per iræ vitium, quod maturare quibat per iuris zelum. Iustitia est, sed ultra ordinem, ac debitum finem fit: illa convertitur in iudicantium iudicium; quippe per quæ iustitè iudicant, damnantur. Quousque convertatur in iudicium iustitia, maligna iudicium pravelebunt præcordia: igitur quod videtur iudicium iuxta integerrimum ius, iudicabitur ut pravum in iudicio stricto Dei.

8 Etsi multa Israël commiserit, ut illos Deus in Chaldaeorum servitutem traderet; pallacitas iudiciorum altè cor pupugit. Propter quod in ira ad iracundiam provocastis Dominum. Bibl. Antic. In ira Dei provocastis Deum ad iracundiam. Nodus difficilis: ira Dei iuxta præscriptas leges. Deus non movetur ad iracundiam, nisi propter legem fractam; quomodo iracundia Dei in iudices, si iudices in ira Dei irascuntur iuxta leges? Quia faciunt odio, quod debebant zelo. Unde cum sit odibile, quod sine debito caret, & etiam ordine; iustitia ex tenore legum; convertitur in iudicium: igitur sententia salminat in hominem, quæ torqueri debebat

tantum in iniquitatem. Ex ira Dei, Dei procedit ira; quia iure franguntur iura, & leges legibus: quapropter Dei in iudices succenset animus; ut claret cordis corruptissimè pravitas, quod lucet tanquam iustitiæ speciositas: etenim si illis viderit fas & ius, decretum ex ira Dei; Deus ex ira ad iracundiam commovetur, dum sic vera causa fingitur: quandoquidem grave vulnus iustissimi cordis, iniustitia parrata prætextu legis. Originem in discretionem signat Gregor. Magn. lib. 5. in Job, cap. 33. quem sequitur D. Thom. loc. cit. art. 1. ad 2. subdens: Ira dupliciter se potest habere ad rationem. Uno quidem modo antecederet: & sic trahit rationem à sua rectitudine. Alio modo consequenter, prout scilicet appetitus sensitivus movetur contra vitia secundum ordinem rationis. Ira si prævenit acta, vel iuxta leges totum agitur ex ira; igitur querit iudex quod damnetur, quoniam accusatum averfatur, & pledere cupit in illo, quod nec audire dignaretur in alio. Si sequitur ira causam, Dei astruit iram; igitur urget & dirigit odium vitiorum, & nequaquam aspectus delinquentium. Tunc iudex inquirat de vitijs, non de vitiosis; & est pena medicina; quia sanatur per vulnera conscientia faucia. Aliter, ira præcedens, agit in furorem, quærens nec inventiens, quam plectat iniquitatem. Unde sepe sapius iacet protracta innocentia; quoniam ira pro vindicta nunquam respicit in acta. Ratio nihil præter ipsam, de quo agitur, spectat: ira vanis extra causam incumbit, ut inveniat causam. Non ita causæ satageret, modò haberet. Queritur sine iure ius: gliscit ira, quo non fas: & huiusmodi iræ ira commovetur Dei; quoniam iudicium non pro actionibus causæ pendentis, sed in innocentis penam, estò causæ nullæ actiones.

9 Hinc à Protoparente N. Benedicito, quo supr. cap. 46. designantur iudices, qui sciant curare sua, & aliena vulnera. Quid simul aliena & sua? Ut notetur differentia iræ sequentis, vel antecedentis acta: equidem dum ira præcedit; supplicium insignentem, non patientem vulnerabit: quoniam alienum factum, vel verum peccatum facit per iræ iudicium, proprium. Suis & aliena curare, iure & lege, sine & ordine: igitur his deficientibus, estò iudicium rectum, iustitia convertitur in iudicium; quia quæ iuxta leges visa iustitia recta, in Dei iudicio malignitatis vulnera.

Malò verum examinat Corruptus iudex. Perperam rationis iudicia sana; ubi quæ in.

Iustitia Dei in huiusmodi di iustitiæ.

S. Thom.

Ubi prævenit ab ira sententia pravæ.

S. Benedicito.

Quæ videtur iuxta leges, iustitia sua à malignitate vulnera.

Horat.

iudex iam corruptus ab ira. Saepe in magnatibus, vel quia in vindicta motivum falsum, vel odium (etsi verum) dignitati non decorum; videtur ministris inferioribus uti, occulta calliditate; ut innocentes sine lege, potestate vexentur, sed illis vexationes non obijciantur: quidem si operato voto potiuntur, congratulantur felices: sin minus, accusantur inferiores; qui semper impunes, quoniam cause suspensione suspenditur cause crimen, etiam cognoscant abruptam iudicis temeritate. Patet Davidis simulatione, Ioabo homicidij duce, atque facinoris complice. Moritur Ioannes & innocens. Tristatur qui iuber, quoniam innocens moritur? Per adulteram etiam ille insidiabatur. Habebat in obloquentes fidei data vclum, & simul a se removebat hominis magni fastidium. Nunquam magis latus, quam quum coram apparuit contristatus. Hoc dicitur politica agendi ratio, sed sine iudicio: equidem cum notetur temeritas, & tot prudentibus displiceat iniquitas; qui panniculos tauro agitato, dum est sub ictu (Hispanice Caparvota) at evaquet denigrativum obiectum, cunctis ostendit secreto è Superiore prescriptam. O tempora! O mores! Ita iudices, iudices?

Marc. 6. 26.

Mat. 6. 2.

Iustitiae nobilitate specimen.

Verf. 8.

Ministris pacem.

11 Multi simulatione, quasi malæ mentis latere peccatis, ledunt bonos efficacius, quam si improbi cognoscerentur ab omnibus: totumque illorum calliditatis studium, ne ab omnibus cognoscantur. Nulla periculosiores insidiae, quam latentes sub simulatione obsequij. Accidit carulo argenti, dum à simia stertens attractus igni. Refert Sambucus Emblem. 77. ex quo Iacob Boissardus Emblem. 28.

Nuper simiola edidit notandum Exemplum simul, & dolum iocofum; Nam cum castaneas foco sepultas Vidisset, cinerem insitit movere: Prunas sed metuens, statim catellæ Stertentis pede surripit coacto. Res est aliena fide recentiore. Laus est alterius malo caverer. Sed fraus est alij dolo nocere: Fraudem necesse qui solent maligni.

Exemplum sanè dignum fidei recentioris, quæ specie iustitiæ fraudes: equidem ne numeris devenisset speciositas, manu aliena minister educit prunas: tuncque magis auctoritas dignitatis violatur, dum ultus minister inferior latrando queritur: igitur hic in utramque aurem dormiret, ni superior excitasset. Eduxit forcipe prunam; sed intentionem simulando fecit notam: etenim post inventa in manu ministri, eadem ipsa, quam forcipe subtraxerat ex altari. Claruit intuitus in cruciamen, quandoquidem prunæeducta excusit forcipem: & manu propria fecit, dum fecerè urere potuit. Volavit è throno: urgebat ultio: siquidem nec respexit ministerij auctoritatem, ut volaret in ultionem. Faciem habebat velatam, educens forcipe prunam: & fota est audacia pectoris, quippe velata erat facies. Iam ergo in manu calculus, qui forcipe facie velata è foculo ductus. Comprehensus in plagiò, dum volavit è throno: & cum celare nequisset, quod simulatione latuit; quippe iam agnitus tetendit in ultionem, fronte in frontem, facie ad faciem. Hanc in folio sagittosè operit: dum præsens ostendit. Aberrat

Vitio callida Superioris Per vinia Proi.

Industria si mie.

Sambucus.

Inferior minister dormit, ni Superior excitaret.

Superior Superiori in ultionem tendit.

à rationis scopo, quem pungit ultio: quæ tamen, cum dedecore possidentis cacumen; dedecore atque propudicium debuit operire faciem. Aversari congruebat, quod forcipes tulerat: verum in ultionem nil circumspicere, modò urat, quavis uratur. Sibi ut consular, non consulit: & sanè consuleret, fovens Superioris famam, modò ut forcipem proiecit, etiam proieceret prunam.

12 In lite duarum mulierum claruit Salomonis sapientia; igitur difficilis causa, maxime quæ sine relictibus, in cuius expeditionem ambæ diuturnè fatigaret ministros. Brevi absolvit, quod ministris multum negotium faceretur. *Afferre mihi gladium*, ait. Non habet proprium? Utique, sed pro iuvamine. Coram erat innocens, stertibus loquens: summèque Regi indecorum, in innocentem proprium educere gladium. *Afferre mihi*; dixit ministris. Ille habebat proprium gladium; & etiam ministri habebant in ministerium: cur ergo Salomon tollit gladium ministrorum? Ut tollat, & etiam abruptum temeritatis, in prudentissimam diremptionem litis. Gladius, ut dixi, Tautolog. 9. Didasc. 1. num. 11. est iurisdictionis symbolum: & Salomon cautè tollit gladium ministrorum, diffidit lite, & innocente iacente; quoniam si ministri inferiores iurisdictionem haberent, innocentem fecerant, & etiam de medio tollerent. Litis ministrorum spectabat in iudicium, ad quod quisque habebat iurisdictionis gladium: illoque difficili articulo, sit cause ad Principem advocatio, tollentem à ministris cum gladio iurisdictionem; ne educerent gladium ex abrupto in innocentem. Vernaculè: *Porque no bagan locuras contra la innocencia, es preciso à Ministros inferiores quitarles luego la espada.*

13 Non semper indulgendum educere gladium; quoniam quod debet fieri iure, persequuntur potestate: sumitur audacia, & in iudicium improbitas; quoniam à Superiore defenditur inferioris potestas: iudicioque Salomonis gladius tollitur ministris; quoniam fatius ministris esse suspensam iurisdictionem, quam digladiari inconsultò furentem temeritate. Hispanice: *Esta mejor la suspension del poder del oficio, que llorar un atentado.* Sine sanguine nunquam gladium evaginant; quippe potestatem non cogitant, ni desipiant. Idem in illis temeritas & auctoritas: delirij stat iurisdictionis maiestas; & surripit gladius à Salomone, ne abutantur tradito gladio ministri; igitur petiit ut educeret, & nequaquam ut sauciaret. Di-

visti erant gladij. Insignia potestatis, in Principe & in ministris: tollitque ille illorum gladium in iudicium integerrimum; quoniam si causa obiecta in infantem innocentem, tota potestas devolutibilis ad Principem. Nemo audeat, quæ ius usquequaque vetat. Superioris prudentissima iustitia, inferiorum reprimetur audacia; igitur quoties inferior eduxerit gladium ultra repagula legum; Superior iurisdictionem suspendet, & gladium furentis tollet. Denique. Salomon iustitia ducitur, & lis facile absolvitur. Educitur à rege ministrorum gladius, at sine sanguine rutilus; ut consulant legi & famæ, qui ultores sedent in maiestate throni: igitur Superiori turpe, subditis abominabile, in cogitatum vultu iudicij malum, abuti gladio inferiorum ministrorum. Non gladius Salomonis in ministris: ministrorum gladius est in manu Salomonis. Hic est ordo iustitiæ atque regiminis recti: quandoquidem totum regimen labitur in præcipitum; quoties Principis gladius est in manu ministrorum. Sed hoc latius allas. Dicam modò ex Virgil. 10. *Æneid.* vers. 13. *Exitium magnum: Tum certare odijs, tum res rapuisse licbit.* Virgil.

Malum iurisdictionis Principis in manu inferiorum.

Virgil.

DIDASCALIA III.

Vulnus quod modo corrigitur, corrumpitur sine modo.

Correctio utcumque difficilis, quippe acerba, quantunvis lenis. Medicus non irascitur, cum medetur: & nihilominus quoniam dolet vulnus, crudelis dicitur manus. Fallunt ægri erroris amantes, etiam cognito beneficio curationis; quando, ut in sic Seneca lib. 1. de Ira, cap. 5. *Nec ulla dura videtur curatio, cuius salutaris effectus est.* Non immitit dolorem, ex quo dolor in salutem. *Disti me non diligis*, dicitur à Dalila; quia possunt esse in dilectione odia: equidem odit amantis vehementer peccatus, ubi indulgentia erroris fovet vulnus. Diligit, qui errorem etiam dolore coercet. Quod patienti videtur horror, est amor; si modus curationis adhibetur, etenim odio diligitur: verum amoris obsequium in pravum vertitur odium, ubi exacerbatur vulnus, quippe recedit à medicina modus.

Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi.

Exitium superavit opem.

Oooo

(U)